

tra saecularum Retributio redditur. Tum Quæst. IXXVI. *Utilitas Latroni*, quod Paradisum sit ingressus, hæc fuit: quod fidei commodum re ipsa percepit, per quam dignus reputatus est, qui Sanctorum coruī adjungeretur: in quo usque ad diem Resurrectionis & Remuneracionis reservatur. Fallitur tamen hic Auctor, dum in ipsa Quæst. IX. contra mentem Patrum, immo & ipsius Evangelii, centet, narrationem de Lazaro ac Divite respicere tempora futura post Resurrectionem & Judicium extremum. Ut quid enim fratres ejus dicuntur adhuc vivere super terram? Ergo inde saltem constat, *Retributionem Improborum fieri ante Resurrectionem*. Nam ~~auctoribus~~ ibi *Retributionem*, non vero, ut verit Burnetus, *Remuneracionem* significat, & non minus ad Justos, quam ad Injustos refertur. Deinde quum Scriptor ille Millenarii erroris sectatorum se prodit Quæst. XCV. & Quæst. XXI. quid nostra refert, ut supra animadvertisimus, si e principio, quod falsum esse patet, ille intulit, *Retributionem differendam esse usque ad Carnis Resurrectionem?* Quidnamque & illius verba mitius interpretari nefas nequaquam esset, ita ut loqui censeatur de perfecta tantummodo & completa illa *Retributione*, que Animas omnium manet in supremo Judicio, & quam Catholici quoque agnoscunt. Is profecto in eadem Quæst. LXXV. hæc habet, studiose a Burneto dissimulata: *Psi exitum vero Animarum e Corpore, illio Jus ab Injustis segregantur (en peculiare & occultum Judicium Animarum.) Abducuntur enim ab Angelis ad condigna Loca. Ac Justorum quidem Animæ in Paradisum, ubi coniunctudine & affectu frumenta Angelorum & Archangelorum, per Visionem autem, & ipsius Servatoris Christi, pro eo atque dictum est: Peregre absuntus a Corpore, & praesentes adsumus apud Dominum. Inveniat hec, si potis est, Burnetus sententiam suam; & præcipue quod is Animam e Corpore solutam pag. 85. spoliat sensu & perceptione Mundi externi, immo & voluntate, & dolore: que temere effusa dogmata earumdem Quæstionum Auctor infra impugnat ac rejicit.*

CAPUT IX.

S. Ireneus Martyr & Episcopus Millenarii famul patronus. Eodem errore infactus Terullius. Uterque tamen Catholicus sententiam suam vim inesse statuer. Que Origens, Victorini Martyris, & Lactani Firmiani hac de re opinio fuerit,

170-
AD S. Ireneum regredior, quem frustra Cardinalis Bellarminus a Chiliasmorum errore purgandum speravit. Citius Athiopem de albes. Immo, si ei credimus Lib. v. cap. 31. *Animæ atibunt in invisibilem Locum, definitum eis a Deo, & ibi usque ad Resurrectionem commorabuntur, sustinentes Resurrectionem: post recipientes Corpora, & perfecte resurgentes, hoc est corporaliter, quemadmodum & Dominus resurrexit, sic venient in conspectum Dei.* Sed quam pauci facienda sit illius hac de re opinio, nil luceulentius ostendet, quam ratio ab coadhibita, ut hoc aliis persuaderet. Si haec, ait, ita essent, quemad-